TRACTATVS IVDICIARII ORDINIS IN TRES LIBROS DIGESTVS.

QVORVM PRIMVS PROLEGVMENA; ALTER cauſarum merita: Tertius deciſoria iudiciorum continet.

Vbi & in ſingulis iudicij actibus apta & accurata methodo communis iuris ordinatio & forenſis conſuetudinis iudiciorum Auſtriacorum obſeruatio coniunguntur & comparantur.

Præfixa eſt explanatio l. conſentaneum, iunct. auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex proferre ſententiam debeat præſentibus partibus vel altera parte abſente.

Subnexa itidem exegeſis l. nemo iudex, C. de ſentent. & interlocut. omnium iudic.

AVTHORE IOANNE BAPTISTA SCHWARTZENTHALER Iuriſconſulto, profeſſore Cæſareo & in archigymnaſio Viennenſi Imperialis Codicis ordinario.

Addito rerum notabilium inuentario.

M D XCII

FRANCOFVRTI
Apud Andreæ Wecheli heredes,
Claudium Marnium, & Ioann. Aubrium.
Cum S. Cæſareæ Maieſtatis priuilegio.

Coll. Soc. IESV Salm. ex dono Regum.
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

SERENISSIMO ET INVICTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. RVDOLPHO II. ROMAnorum IMPERATORI ſemper Auguſto; Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Schlauoniæ Regi; Archiduci Auſtriæ; Duci Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ; Marchioni Morauiæ, &c. Comiti Tyrolis, &c. Domino ſuo clementiſſimo.

NON *me clam eſt* (INVICTISSIME CÆSAR) *longa ab hinc annorum intercapedine viros præclara eruditione doctrinaq; ornatos, prudētia maximè iuris perpulchrè inſtructos, cōſilio rerumq; gerendarum vſu cùm publicè tum priuatim in republica conſtituenda & amplificanda exercitatiſſimos, omnem mouiſſe la-*

EXPLICATIO TITVLI, SEPTIMI LIBRI CODICIS IMPERIALIS,

Quomodo & quando iudex proferre ſententiam debeat præſentibus partibus, vel altera parte abſente.

APOSTILLÆ.

1 *Tituli huius vtilitas.*

2 *Emphaſis particularum* QVOMODO ET QVANDO.

3 *De præfectis prætorio cur ſic dicti, & quanta illorum authoritas?*

4 *Triplex tituli inſcriptio, triplex eius ſubiectum arguit.*

5 *Omnis ſententia præſentibus partibus vel legitimè vocatis ferenda eſt.*

6 *Quæ concluſio declaratur, Primò vt ſententia ferri poſſit, altera parte tantum præſente.*

7 *Dico, poſſit. Nam quæ iudicis poteſtati permittuntur, neceſſitati iuris nequaquam ſubiiciuntur.*

8 *Quod tamen hic tribus in caſibus fallit.*

9 *Secundò declaratur, licet partes non ſint peremptoriè citatæ.*

10 *Monitio enim iudicis vim & effectum habet edicti peremptorij.*

11 *Tertiò declaratur, vt ſententia ferri poſſit & vires habeat contra abſentes & ignorantes: niſi querelam illicò, quàm primùm rem cognouerunt, detulerint.*

12 *Nam quæ aliquo abſente & ignorante geſta ſunt: neq; is intra præ-*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA -